



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Et primo, vtrum timor faciat contradictionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ARTICVLVS PRIMVS. F

Vtrum timor faciat contractionem.

tertium dicitur, q̄ in uerecundia est contractio animi: sed nō naturae corporalis. hoc.n. non stat cum uniuersalitate illius doctrinae.

Supra q. 25. ar. 1. cor. & q. 45. ar. 4. ad 1. & 2.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ in huiusmodi passionibus inueniuntur duo motus corporales, primus ab extra ad intus, secundus ab intus ad inferiora uel superiora: & primus quidem est ille motus, qui ut materia est passionis: secundus uero effectus potius est, unde dolor & timor in motu, qui est ut materia passionis, conueniunt. interque enim est ab extra ad intra: sed in motu qui consequitur, differunt. Nam ad dolorem sequitur motus ad superiora, uel prout opus est, ut in responsione ad secundum dicitur: in timore motus consequens quandoque est ad inferiora, & hoc euenit quoties timor ducit ad frigus ingrossans spiritus: quod tunc nō euenit cum modicus est timor, qualis uidetur esse uerecundia contractus, siquidem in ea spiritus ad intra, & obiecto timoris non repugnante naturae, sed soli appetitui, nō sequitur frigus naturae inimici: & sic anima diffundit in faciem ruborem. Semper ergo fit in timore contractio ad intus: sed quia non semper fit usque ad frigus ingrossans, iō in litera negat contractio naturae corporae, non quia nō fiat, sed quia nō fit consummata usque ad frigus. In reliquis tribus articulis de 44 q. nihil occurrat scribendum.

q. 47. ar. 4. li. 4. in fol. a prim. lib. Arist. 4. Ethic. ca. vi. c. prin. com. 5.

1. 2. Ortho. fidei c. 23.

q. 2. ar. 5.

q. 47. ar. 2.

q. 43. ar. 2.

In seſſione, 27. Probl. 3. & 9. tom. 6.

AD PRIMVM sic procedit. ¶ Vt, q̄ timor non faciat contractionem. Contractione. n. c̄ta, calor & spiritus ad interuocatur: sed ex multitudine caloris & spirituum in interioribus magnificatur cor ad audacter aliquid aggrediendum, ut patet in iratis, cuius cōtrarium in timore accidit. non ergo timor facit contractionem.

¶ 2. Præ. Multiplicatis spiritibus & calore in interioribus per contractionem, sequitur quod homo in uocem prorumpat, ut patet in dolentibus: sed timentes nō emittunt uocem, sed magis redduntur taciturni. ergo timor non facit contractionem.

¶ 3. Præ. Uerecundia est quedam spēs timoris, ut supra dictū est: * sed uerecundati rubescunt, ut dicit Tulli. 4. de Tusculanis q. 7 & Philoſ. in 4. Ethic. * rubor autē faciei non attestatur contractioni, sed contrario. non ergo contractio est effectus timoris.

SED CONTRA est, quod Dam. dicit in 3. li. 7 quod timor est uirtus secundum Iſtolem, id est, secundum contractionem.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * In passionibus animae est sicut formale ipse motus appetitiuae potentiae, sicut autē materiale, transmutatio corporalis, quorum unum alteri proportionatur, unde secundū similitudinē & rōnem appetitiui motus sequitur corporalis transmutatio. Quātum autē ad animalem motum appetitus, timor cōtractionē quandam importat, cuius rō est: quia timor prouenit ex phātaſia alicuius mali imminētis, qd difficile repellī pōt, ut supra dictum est. * Qd autē aliquid difficile possit repellī, prouenit ex debilitate uirtutis, ut supra dictum est. * Virtus autem quāto est debilior, tantō ad pauciora se potest extendere: & iō ex ipsa imaginatione quae causat timorē, sequitur quādam contractio in appetitū: sicut etiam uidemus in moribentibus, quod natura retrahitur ad interiora pp debilitatem uirtutis. Et uidemus et in ciuitatibus, q̄ qñ ciues timent, retrahunt se ab exterioribus, & recurrunt, quantum possunt, ad interiora: & secundū similitudinē huius contractionis, quae pertinet ad appetitū animalē, sequitur et in timore ex parte corporis contractio caloris, & spirituum ad interiora.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Philoſoph. dicit in li. de Problematibus. * licet in timentibus retrahatur spiritus ab exterioribus ad interiora, non tamen est idem motus spirituum in iratis, & timentibus: nam in iratis propter calorem, & subtilitatem spirituum, quae proueniunt ex appetitū uindi-

ctae, interius fit spirituum motus ab inferioribus ad superiora: & ideo congregantur spiritus & calor circa cor. ex quo sequitur, quod irati redduntur prompti & audaces ad inuadendum: sed in timentibus propter frigiditatem ingrossantem, spiritus mouentur a superioribus ad inferiora, quae quidem frigiditas cōtingit ex imaginatione defectus uirtutis: & ideo nō multiplicantur calor & spiritus circa cor, sed magis a corde refugunt: & propter hoc, timentes non prope inuadunt, sed magis refugunt.

AD SECUNDVM dicendum, quod naturale est cui libet dolenti siue homini, siue animali, quod utatur quocunque auxilio potest, ad repellendum nocuum praens quod infert dolorem. unde uidemus quod animalia dolentia percipiunt uel faucibus, uel cornibus. Maximum autem auxilium ad omnia in animalibus est calor & spiritus. & ideo in dolore natura conseruat calorem & spiritum interius, ut hoc utat ad repellendum nocuum. & ideo, ut Philoſ. dicit in lib. de Problematibus, * quod multiplicatis spiritibus introrsum & calore, necesse est quod emittantur per uocem: & propter hoc dolentes uix se possunt continere, quin clament. Sed in timentibus fit motus interioris caloris & spirituum a corde ad inferiora, ut dictum est: 7 & ideo timor cōtrariatur formationi uocis, quae fit per emissionem spirituum ad superiora per os: & propter hoc timor tacentes facit: & inde est etiam quod timor trementes facit, ut dicit Philoſophus in li. de Problematibus. *

AD TERTIVM dicendum, q̄ pericula mortis nō solum cōtrariantur appetitū animali, sed et cōtrariantur naturae: & pp hoc in huiusmodi timore non solum fit contractio ex parte appetitus, sed et ex parte naturae corporalis. Sic. n. disponitur animal ex imaginatione mortis contrahens calorem ad interiora, sicut qñ naturaliter mors imminet: & inde est q̄ timētes, mortem pallescunt, ut dicitur in 4. Ethic. * sed malum quod timet uerecundia, non opponitur naturae, sed solum appetitū animali: & ideo fit quaedam contractio secundum appetitum animale, non autem secundum naturam corporalem; sed magis aia quasi in se contracta, uacat ad motionem spirituum & caloris, unde fit eorum diffusio ad exteriora, & propter hoc uerecundati rubescunt.

ARTICVLVS II.

Vtrum timor faciat consiliatius.

AD SECUNDVM sic procedit. Videtur, q̄ timor non faciat consiliatius. Non. n. est eiusdem consiliatius facere, & consiliū impedire, sed timor consilium impedit. omnis enim passio perturbat quietem, quae requiritur ad bonum usum rationis. ergo timor non facit consiliatius.

¶ 2. Præ. Consilium est actus rōnis de futuris cogitatis & deliberantis, sed aliquis timor est excutiens cogitata & mētē a suo loco remouet, ut Tull. dicit in 4. de Tuscul. quaest. 1. 1. ergo timor non facit consiliatius, sed magis impedit consilium.

¶ 3. Præ. Sicut consilium adhibetur ad uitanda mala, ita et adhibetur ad consequenda bona, sed sicut timor ē de malis uitandis, ita spēs ē de bonis consequendis. ergo timor nō facit magis cōsiliatius, quā spēs.

SED CONTRA est, quod Philoſoph. dicit in 2. Rhetor. * quod timor consiliatius facit.

RESPON. Dicendum, q̄ aliquis potest dici consiliatius dupliciter. Vno modo a uoluntate, seu sollicitudine consiliandi; & sic timor consiliatius facit, quia ut

Cap. 3. ante m. con. 5.

q. 43. 2.

Ca. 5. a.

Cap. 3. to.

In corp.

Supra ar. 3. ad 3. an. p. 17. co.

Li. 4. in 4. a. prim. libri. Ar. a. hui.

Tex. 9. mo 2.